



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

V. De reliquiis sanctorum, & earumdem veneratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

prouincia Rauennate per singulos coepiscopos & capitula ecclesiarum cathedralium fiat solenne anniuersarium pro defunctis coepiscopis totius provinciæ; ad quod clerus & populus conuocetur: & die prædicta quilibet episcopus comprouincium prædictorum duodecim pauperes ad minus refici faciat pro animarum expiatione celeri prædictorum. Si autem ipsa dies caderet in dominica, fiat præcedenti die, vel subsequenti feriata die, quam commodius poterit.

RVBRICA IV.

Adiicimus insuper, quod de cetero semel in anno, scilicet quarta die Iunii, vel in proxima subsequenti feria, si festum incideret die illa, fiat solenne anniuersarium per coepiscopos in tota prouincia pro expiatione animarum fidelium defunctorum, patronorum & ecclesiarum benefactorum: ad quod, sicut dictum est de anniuersario episcoporum, clerus & populus conuocetur, & ipsa die pauperes reficiantur, vt etiam per hoc fideles ad beneficentiam prouocentur & animentur.

RVBRICA V.

Statuimus quod si in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, conuentualibus, & ceteris, extra altaria reliquiae habeantur, de ipsarum veritate & certitudine, quorum sanctorum sint, per singulos comprouinciales episcopos, in singulis eorum ciuitibus & diœcesibus cum diligentia exquiratur; quatenus de ipsis habita certitudine, deuote ve-

HENRICVS VII.
I.M.P.
coepiscopos &
iat solenne an-
pis totius pro-
s conuocentur;
comprouincia-
eres ad minus
ne celeri pra-
t in dominica,
ti feriata die,

ro semel in an-
roxima subse-
lla, fiat solen-
tota prouin-
um defuncto-
neffactorum:
rsario episco-
& ipsa die
oc fideles ad
entur.

ralibus, col-
a altaria reli-
& certitu-
ngulos com-
orum ciuita-
exquiratur;
deuote ve-

ANNO
CHRISTI
1511.

CLEMENS
P.V. RAVENNATE II. HENRICVS VII.
I.M.P. 771

nerentur, & publicentur populis, & venerari man-
dentur. De quibus vero nulla certitudo possit ha-
beri, in altaribus, vel alibi, sicut visum fuerit, re-
condantur, nec de cetero populis exponantur: &
qui contra fecerit, ad arbitrium diccesani episco-
pi puniatur.

R V B R I C A VI.

Cum sacramenta ecclesiastica debeant cum de-
bita reuerentia & veneratione, & gratis tractari,
fuscipli & conferri, statuimus, quod omnia sa-
cramenta ecclesiastica, quantum possibile fuerit,
a iejunis ministrentur, cum ornamentis necessa-
riis, seu paramentis, & gratis; illud rememoran-
tes attentius: *Quod gratis accepisti, gratis date. Qui* Matth.10:16.
contra fecerit; præter diuinam offensam, quam ex
hoc contrahit, & incurrit, & poenas a Canonibus
constitutas, in subsequenti prouinciali Concilio
acrius puniatur.

R V B R I C A VII.

Statuimus, quod eucharistia, viaticum, siue
corpus Christi, chrisma, oleum sanctum, & o-
leum infirmorum, sic deuote, tute & secrete cu-
stodiantur, & reponantur in ecclesiis vel sacristiis,
in locis ad hoc deputatis, & aptis, quod ad ea
non possit manus nefaria accedere, seu sacrilega,
& maxime mulierum: & quod eucharistia, seu
viaticum, quod pro infirmis reseruatur, frequen-
tius innouetur. Et qui in prædictis negligens fue-
rit vel remissus, præter indignationem Dei, quam
ex contemptu sacramentorum eiusdem & suæ salu-

Concil. Tom. 28.

Eeeee ij